

De Baptismo, eiusq; speciebus. Cap. III. 9

quod non sit baptismus. Secunda est, 21 quod t expressio actus, & personæ susceptientis sunt de necessitate sacramenti, patet ex determinatione Ecclesiæ, quæ habetur in cap. i. eod. tit. vbi sic dicitur . si quis puerum ter in aqua immerserit in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti, & non dixerit, Ego baptizo te, non est baptizatus. Hoc etiam tenet glos. in d. c. multi, in fine . Tertia. Expressio personæ baptizantis non est de necessitate Sacramenti. Hinc si omittitur pronomen, Ego , & diceret quis baptizo te &c. bene baptizat : quia subintelligitur pronomen. arg. C. de fideicom. verbum volo maxime , quoniam nec Christus : ap posuit pronomen cum dixit . Ite baptizate. Hinc sit, quod baptismus, qui conferatur à Gracis est verus baptismus, qui sic baptizant. Baptizetur seruus Christi Nicolaus in nomine Patris, & Filii , & Spiritus sancti . Amen . Quia renertentes ex eis ad obedientiam Ecclesiæ non rebaptizantur, vt dicit Turrecrem. in cap. si nō, nu. 6. de consecr. dist. 4. glos. in d.c. multi. Quarta, quod nec Amen est de substantia, vt ibi per Turrecrem.

Septima. Mutatio in forma verbo-
rum t potest contingere multipliciter, videlicet vocum variatione, additione, subtractione, corruptione, transpositio-
ne, & interruptione. Quantum ad pri-
mum sit talis decisio. Mutatio qualiter-
cunque fiat circa voces manente eadem
significatione, & modo significandi, nou-
obest sacramento baptismi. Nam si aliud
esseret, sequeretur huiusmodi absurdum,
quod non possent sacramenta conferri
nisi in lingua Hebraica, in qua forma Sa-
cramentorum fuit instituta? Nunc au-
tem potest conferri baptismus in qua-
cunque lingua, Hebraica, Graeca, & La-
tina, & in omni alia materna. ergo secun-
dum Petri cum quo concordat Hostien.
in Sum. eo. tit. §. quæ sit eius forma, ad fi-
nem, sub §. quid si Latinus. ergo . Et ratio
est: quia forma realis potius atten-
denda est, quam verbalis, de consecr. di-
st. 4. cap. retulerunt .

23 Octava. Si mutatio t vocum non est
tanta , quin maneat eadem significatio
secundum accommodationem vñus, licet
non secundum regularem formam pri-
mae institutionis, & tunc est baptismus,
si fiat ex simplicitate, & non ex peruer-
sitate, sive mutatio fiat ex parte ante,
sive post. Dicit tamen D. Tho. quod hoc
præcipue accedit, quando sensus locutio-
nis remanet, quando corruptio est à par-
te finis : secus si à parte principij, maxi-
mè quando mutatio esset magna. Vnde
Papa reputat baptizatum eum, qui à quo
dam sacerdote ignaro Latini eloquii ba-
ptizatus est in nomine Patri, & Filii, &
Spiritus sanctæ, de consecr. dist. 4.c. retu-
lerunt . At si erraret ex peruersitate, talis
error impediret, quia aliud intenderet fa-
cere, quād dicant, vel faciant catholici.
Arch. in d.c. retulerunt. Rursum . Si di-
catur Nos, vbi Ego , & baptizamus , vbi
baptizo , & vos, vbi te , & tunc est con-
clusio Petri de Palude, q; est verus baptis-
mus, licet incurrit peccatum : quia re-
manet sensus verborum ex accommoda-
tione vñus . Sed si dicatur : In nomini-
bus , vbi dicitur, In nomine , vitiatur :
quia de forma est unitas essentialis perso-
narum, quam repræsentat numerus sin-
gularis, sicut & Trinitas personalis in di-
scensione personarum. Ita Turrecrem.
in d.c. si non, nu. 10.

Nona. Circa additionem. Secundum
24 Canonistas sit talis decisio. Additio t si-
ue præmittatur , sive sequatur , sive interponatur , semper vtitat baptismum,
quia forma nihil addendum est, sive de-
trahendum, c. firmissime, & c. si non san-
ctificatur , & c. de Arianis , de consecr.
dist. 4. Et in hoc Host. in sum. concor-
dat, dicens, quod si quis dicat. Ego te ba-
ptizo in nomine Patris, & Filii, & Spi-
ritus sancti , & omnium sanctorū non est
baptizatus : quia nihil debet jungi for-
mæ. & in hoc hodie omnes conueniunt.
Ita etiam tenet Archid. in d.c. si non san-
ctificatur .

Decima. Circa subtractionem. D. Th.
15 & quasi comm. Doct. afferunt, t quod